


## Schenking van de kerk van Oisterwijk in 1231



Op 15 maart 1231 schenkt Hendrik I, hertog van Brabant, de kerk van Oisterwijk en (Oost-)Tilburg met het patronaatsrecht aan de St.-Geertrudisabdij te Leuven.<sup>1</sup>

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.

Henricus Dei gratia dux Lotharingie omnibus tam futuris quam presentibus in perpetuum.

Cum ante tribunal districti iudicis omnes simus astituri, de dispensatione bonorum Domini nobis in terris relictis rationem reddituri, idcirco diem illum diligenti ordinatione nos oportet prevenire, ut districti examinis redargutionem misericorditer declinare valeamus.

Hac sane consideratione ecclesiam de Osteruic et de Tilborch cum iure patronatus, quorum donatio ad nos spectabat, cum omnibus pertinentiis suis contulimus libere et absolute ecclesie conventuali beate Gertrudis in Louanio canonicorum regularium, ab ipsis post obitum Balduini nunc investiti possidendam in perpetuum, et hoc salvo iure episcopali per omnia.

Ut ergo hec nostra donatio rata permaneat nec per successionem temporum infirmetur, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam eidem ecclesie conventuali contulimus.

Huic facto testes interfuerunt hii: Henricus prepositus Louaniensis, Reinerus notarius, magister Gerardus de Geldonia, magister Henricus de Louanio, Euerardus cantor, Alardus canonicus Birbacensis, Arnoldus miles de Limale, Willelmus burgensis Bruxellensis et alii quam plures.

Acta sunt hec Bruxellie, anno Domini Mo CCo tricesimo, in vigilia palmarum.

Het aan een zijden streng hangende zegel van hertog Hendrik is zwaar gehavend en in stukken gebroken.

<sup>1</sup> Dr H.P.H. Camps, *Oorkondenboek van Noord-Brabant tot 1312, I, De Meierij van 's-Hertogenbosch (met de heerlijkheid Gemert)*, Eerste stuk (690-1294), 's-Gravenhage 1979, p. 227-228, oorkonde 152. De originele oorkonde berust sedert 2002 te Leuven in het Rijksarchief, Kerk. arch. 10257/33.